

2143.

1318 d. 3 April.

Linköping.

RAGVALD och HULTHO, t. f. Domhafvande i Östergötland, intyga, att Kaniken Olofs faster och barn på tinget afsagt sig alla arfsanspråk på bemälde Kaniks egendom i fast och löst, sedan de af honom emottagit en gård i Linköping, inköpt för 140 mark penningar, samt $\frac{1}{6}$ af en åtting i Patastad. (Jfr. N. 1909).

Registr. Eccl. Lincop. perg. fol. 182, v.

Omnibus presentes litteras inspecturis RAGWALDUS et HULTHO vices legiferi in ostgocia gerentes salutem in domino Tenorepresencium constare volumus omnibus euidenter quod die lune lincopie proxima post dominicam letare ierusalem que dicitur laghthingxmanadagher jn presencia nostra constituti. katerina. dilecta amita desereti viri. domini olaui canonici lincopensis neconon et liberi eius videlicet petrus. geruatus et jngerunis recognouerunt publice et expresse consensum suum voluntatem et assensum dedisse penitus ut dictus dominus O. de bonis suis omnibus que sibi paterna uel materna successione aut titulo donacionis aut empcionis. seu eciam causa profectiuia aut inuentiuia. uel eciam quoquis alio modo prouenerant possit libere testari. donare. et ad libitum voluntatis ordinare recipientes de predicto domino. O pro omni iure hereditario vnam curiam lincopie sitam que empta fuit pro centum et XL marcis denariorum. cum nona parte vnius attongi in patasthedium neconon et pro omnibus mobilibus bonis que post mortem ipsius hereditare tenerentur et propter hoc renunciantes in hiis omnibus et singulis excepcioni doli mali in factum condicioni indebiti omni iuris auxilio canonici et ciuilis. specialiter iuri generalem renunciacionem non valere ac omnibus aliis iuris et facti excepcionibus dicta bona iure hereditario aut quolibet alio modo uel genere. exigendi petendi calumpniandi impetendi neconon et de cetero reuocandi Ad horum igitur evidenciam pleniorem. quia heredes supradicti sigilla non habuerunt. sigillum uobilis dominj. domini bo legiferi osgotorum vna cum sigillo ciuitatis lincopensis ac nostris et aliorum virorum discretorum videlicet gótha iønisson petri mathisson et fratrissui dan. kanuti de sighrithathorp et ragwaldi de wllau instanter apponi pecierunt. qui eciam huic facto vna cum multis aliis quamplurimis fide dignis interfuerunt Datum et actum anno domini M^o CCC Xoctauo die et loco supradictis.